

**Somnium præsagens in casta  
Thalami foedera iturum  
spectabilem dn. Henricum...**

Juslenius, Gabriel,

*1 Ic Fol.*



National Library  
of Sweden



SOMNIUM PRÆSAGIENS  
IN CASTA THALAMI FOEDERA

Iturum.

*SPECTABILEM*

D<sub>n</sub>. HENRICUM JUSLENIUM,  
Advocatum in Regio Parlamento Aboensi,

Cum.

*LECTISSIMA VIRGINE*

CHRISTINA **WALSLEY**

Vifum & notatum

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Small, faint text or stamp.]*

171



Orte sub umbrosæ recubans cum tegmine fagi  
Sylvestrem tenui, meditarer arundine Musam,  
Est audita mihi, vicinis montibus errans  
Consona vox menti; resonant' Arbusta nemusque  
Et repetunt cantus, quales faciebat Amyntas  
Concentus, Phœbum certans superare canendo.  
Tum stupet & calami pendet dulcedine capta  
Mens mea, nec mansit mihi pristina: jamq; capellæ  
Jam mihi sunt odio mea fistula, quasq; solebam.

Cogere per rupes, hœdos: adhuc insuper æstu  
Fessos Aura sinus intrat gratissima nostros,  
Frondebis in strepitum, placido faciente caducis  
Flamine ventorum concussus & inde soporem.  
Sole sub ardenti, syadebar inire susurro.  
Protinus ingenti miscencia corpora campo  
Agmina Nympharum, lauro Parnasside cincta  
Visa mihi, ac variis celebrare solemnia ludis  
Formosi pecoris custodi, Hymenœia: meq;  
Invitasse sacris: Testari gaudia plausu  
In manibus tum ferta gerens cernebar odora.  
Somnus abit. Damno falsa sub imagine visa.  
Nec procul a vero est: strepit arbor fructibus uber;  
Sum ratus esse feram. perque ingens lumina volvi  
Corpus & agnovi, quod erat Jovis ille minister.  
Hujus ego formâ stupefactus linquere Casas  
Institui. Relevat tristes sermone dolores  
Ille meos, dulci rumpens sic pectore voces.  
Non ego mœstorum Tibi nuntia, Plejade natus  
Perfero: jucundo verum præcordia sensu  
Quæ mulcent. Complere Dei velut agmine facto  
Mœnala. Mirantes quod qui spernebat amores  
Hactenus: est victus medioque in pectore vulnus  
Sensit & imperio jam non parere recusat  
Vir Pueri, Nymphæ captat quoq; colla lacertis,  
Ante lupos hœdi rapiunt mea CANDIDA dicens,  
Quam pereat nostrum sinceri fœdus amoris.  
Hinc etiam læti Te jam sermone requirunt  
Longo. Nunc igitur mecum vestigia lustres  
Participem facturus opum Te fronte serena.  
Finem sermoni dederat Cyllenia Proles,  
Et libet & timeo socium me jungero Divo.  
Mox ardore tamen sumpto, promitto sequutum.  
Ille fugit, pressoque sequar vestigia gressu.

Præcipi-

Præcipiti multum jactatus itinere, metam  
 Tandem, propositam, veniens ad læta Deorum  
 Agmina contingo; Mihi mox dixere Salutem  
 Et celebrare jubent Hymenæia festa Marito.  
 Mirabar. Donec, medio concreta profundo  
 Blanda Venus, prima rumpensq; silentia voce,  
 Spondet amorem etiam multos servare per annos.  
 Accedunt rursus, spicis redimita capillos  
 Alma Ceres tenues, simulac Semelæia proles,  
 Hi, socii servare suis consortia lecti  
 Muneribus sine fine, dabant dextrasque fidesque.  
 Cætera turba novos mittunt super æthera plausus.  
 Exultant etiam dulci mea pectora motu,  
 Namque Maritus erat germano sanguine junctus  
 Ille mihi. imposuit finem Latonius Heros.  
 Vocis erat concentus idem quæ corde vagantes  
 Ante meos paulo caput dulcedine motus.  
 Vivite concordés. structis cantabat avenis  
 Seraque vos faciat, torquet Qvi sydera cœli  
 Claudere fata. Fiat! tenui quoque murmure dixi.

à  
 GABRIEL JUSLENIO.



Ngen vthtala kan de Wärc som Gudh han skapte/  
 Den heela Himmels Häär/ det runda Kloot frambrachte;  
 Den helga Ängla Star/ de glanzand Stjernor mång/  
 Som städze röra sigh/ alt medh sin runda Gång.  
 Ja hoo vthsäga kan de Ting i Lufften wabra.  
 Der wanckar warmt och kalt omkring hwarandra fara.  
 Nu blåås här warm en Lufft/ och heeta sticker på;  
 Nu drifwes vp en Kiöld/ det brakar i hwar Wrå;  
 Nu kommer Solen fram medh sina strimmand Strålar;  
 Alt som en Konung bold ibland dem alla prälar/  
 Vpfriskar fuchtar alt som vppå Jorden är/  
 Hwaraf hon fruchtsam bliffr och ädla Fruchter bär.  
 På Jorden tusend tabl's de örter lüflich gröna  
 Vpväxa/ Blommor bär/ den hela Sommar sköna.  
 Ja tusend tusend Trää/ de wissa och sut Fröö  
 Äpplon och Pårön mång helt widt omkring sigh ströö  
 De qwitran Foglar snäll som vthi Wädret swinga/  
 De äro gansta lätt/ medh sine slächtand Wingar/  
 Och sambla sigh ihoop/ på Jorden sittia nedh  
 Alt medh sin wiga Kropp/ de öfwa Roo och Frjdh/  
 All träkand Diur/ i Skogh/ i Dalar/ Dälder wäda/  
 Som tusend tusend starck i Marken sigh vthsprjda/  
 Der leka para sigh/ och frögdas vthi Frjdh/  
 De öfwa Kärleek godh/ dhe Lefwa vthan strjdh.  
 I Watnet sammalund föröfwes lekar många  
 Vthaf de Fiskar bras som tusend tabl's ther gänga.  
 Så spela the i hoop/ så föra the sin Leek/  
 De öfwa Kärleek reen/ och tweta intet Sweek.

Sidst

Sidst kommer Adam fram som öfwer dem en Herre  
 Af Gudh förornat blef/ både större och smärre  
 Gudh sad ej godt är at han skal gå allen/  
 En andra Diuren all de wissa kärleek reen;  
 Du är nu detta Råd/ wij wille här på sinna/  
 Utbaff hans siddo ref äth honom gee en Dwinna  
 Til den han allan Lydh sigb nödigt hålla skal/  
 Förmera städz sitt Kön/ upfylla Jorden all.  
 En sådan Ewa godh har wår BRUDSUMME funnit/  
 Til den han kärleek Puur och oförfalstat wunnit.  
 BRUDEN också igen sigb slät bewiisa skal/  
 Ja trogen kärlich From Ehr trösta i all Fall.  
 Ehr signe HERren Gudh bestärme och försware!  
 Ehr hagne HERren Gudh för allan Nödh och Fara!  
 Wälsigne huset Ehet medh Barn också Lufffrucht!  
 I tuchtan födes up i Dngd och Ahra smucht!  
 När ihden kommen är i skolen hådan fara/  
 Anamme JEsus ehr / ibland sin helgons Skara!  
 At der i ewigheet få frögdas vthan Tahl/  
 Åstoda HERren Gudh vthi des himmels Sahl!

Således det hederwårda Brudparet ibland andra  
 congratulanter önskar

WILHELMUS RANER.

